Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

insisteret ad macedones. Nos autem a pes
simo mortalium iudeos neci desti
natos in nulla penitus culpa reperim⁹
sed contrario iustis utentes legibus et
filios altissimi et maximi semperque
uiuentis dei. cuius beneficio et patribus nris
et nobis regnum est traditum et usque ho
die custoditur. Unde eas litteras quas sub
nomine nro ille direxerat sciatis esse
irritas. pro quo scelere ante portas hu
ius urbis .i. susis. et ipse qui machinatus
est et omnis cognatio eius pendet in
patibulis. non nobis sed deo ei reddente quod
meruit. Hoc autem edictum quod nunc
mittimus in cunctis urbibus proponatur.
ut liceat iudeis uti legibus suis. Qui
debetis esse adminiculo. ut eos qui se
ad necem eorum parauerant. possint interficere
tercia decima die mensis duodecimi
qui uocatur adar. Hanc enim diem omnipo
tens merore et luctu eis uertit in gau
dium. Unde et uos inter ceteros festos dies
hanc habetote diem. et celebrate eam
cum omni leticia. ut et in posterum cognoscat
omnes qui fideliter persis obediunt. dignam
pro fide recipere mercedem. qui autem insidia
tur regno perire pro scelere. Omnis autem
prouincia et ciuitas que noluerit sollempni
tatis huius esse particeps. gladio et igne
pereat. et sic deleatur. ut non solum hominibus
etiam bestiis inuia sit in sempiternum
pro exemplo et contemptus et inobedientie.

Explicit liber Hester. Incipit prologus in librum Iob.

In terra quidem habitasse Iob uicit idem in finibus ydu
mee et arabie. et erat ei antea nomen
iobab. et accepta uxore arabissa ge
nuit filium. cui nomen erat ennon. Erat
autem ipse filius quidem zare de esau

filiis filius. de matre uero bosra. ita
sit quintus ab abraham. Et hii sunt reges
qui regnauerunt in edom. in qua et ipse
regnauit regione. Primus balac fi
lius beor. et nomen ciuitatis eiusdem
dennahaba. Post autem balach iobab
qui uocatur iob. Post hunc chusam
qui erat dux ex themanorum regione.
Post hunc ada filius bedad qui ex
cidit madian in campo moab. et no
men ciuitatis eius cethem. Item alius

Prologus.

COgor per sin
gulos scrip
ture diuine
libros aduer
sariorum respon
dere maledictis
qui interpretati
onem meam reprehensione lacer
sunt. Quod si ita interpretantur. qui non ex graeco
aquila. simachus et theodotion. uel ue
rbum e verbo uel sensum e sensu uel ex
utroque commixtum et medie temperatum
genus translationis expresserunt. Et o
mnis instrumenti uolumina origi
nes obelis asteriscisque distinxit. quos
uel additos. uel de theodotione sump
tos. translationi antique inseruit.
probans defuisse quod additum est. Di
scant igitur obtrectatores mei recipere
in toto quod in partibus susceperunt. aut
interpretationem meam cum asteriscis suis
radere. Neque enim fieri potest. ut quos plura
intermisisse cognouerint. non eosdem et
in quibusdam errasse fateantur. precipue
in iob. Cui si ea que sub asteriscis addi
ta sunt subtraxeris. pars maxima
uoluminis detruncabitur. et hoc dumtaxat